

Preclarissimus liber elementorum Euclidis perspi-
caciissimi: in artem Geometrie incipit quã foelicissime:



unctus est cuius pars non est. **L**inea est
longitudo sine latitudine cuius quidam ex-
tremitates sunt duo puncta. **L**inea recta
est ab uno puncto ad alium brevissima exten-
sio in extremitates suas utrumque eorum reci-
piens. **S**upercies est quae longitudinem et lati-
tudinem tantum habet: cuius termini quidam sunt lineae.
Supercies plana est ab una linea ad al-
iam extensionem in extremitates suas recipiens
Angulus planus est duarum linearum al-
ternus contactus: quae expansio est super su-
perficie applicationeque non directa. **Q**uando autem angulum continet duae
lineae recte rectilineus angulus nominatur. **Q**uando autem recta linea super rectam
steterit duoque anguli utrobique fuerint aequales: eorum uterque rectus erit
Lineaque lineae superstitas ei cui superstat perpendicularis vocatur. **A**ngulus
vero qui recto maior est obtusus dicitur. **A**ngulus vero minor re-
cto acutus appellatur. **T**erminus est quod uniuscuiusque finis est. **F**igura
est quae termino vel terminis continetur. **C**irculus est figura plana una quaedam li-

De principijs per se notis: et primo de defini-
tionibus earundem.

